


Habet tamen aliquid utilitatis tantum venenum. Marini namq; lepores oleo veteri injecti benefaciunt discentiendis strumis. Sed cum ipso oleo in plumbea pixide clusi, quam diebus 40 diligenter alligatam oportet haberi. Postea ex ea pinnula obliandæ sunt strumæ, superq; eas pellis lanata non nimium ronsa regendi gratia imponenda est. Præcipi autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet, aut inquinatas priusquam bene eluerit ad os referat. Marcell: de remed: Emp:l. 15. Plin. l. 32. c. 8. Marinus lepus per se tritus aut cum urtica marinâ illitus capillos evellit. Diosco:l. 2. c. 18. Leporis marini sanguine & felle cancri, scolopendræ marini cinis cū oleo torpedinis cerebrum cum alumine illitum sextâ decimâ lunâ, ad psilothra prodesse scribit. Porta phylog:l. 3. c. 37.

Vitilicæ

C A P U T V I I,

Leporarium.

LE P O R A R I A antiquitas nominavit, quod lepore septis inclutos asservarent ut cum res postulare, quasi expensu haberi possent. Hinc etiam lagotrophia dicta, Grapal:l. 1. c. 7. Postea vero ad omnia septa afficta villæ quæ sunt, & habent inclusa animalia, quæ pascuntur retento nomine translata fuerunt. Gell:l. 2. c. 20. Nunc vivaria dicuntur, id est, septa quædam loca in quibus feræ, non solum lepores, sed cervi, capræ & aliæ feræ pascuntur. Veteres in eodem septo habere solebant cochlearia, atq; alvearia: atq; etiam dolia habebant ubi habebant cōclusos glires: item piscinas hinc theriotrophia nuncupabantur Leporarium primus inter Româos Fulvius Hirpius exstruxit vel ut Varro l. 3. c. 3. scribit Lippinus. Fuerunt etiam Roboraria dicta à tabulis roboreis, quibus fierent antequam macerias & incenia noscerent. Grapal l. 2. c. 20. & 30. Monte catin:l. 1. Polit: in Aristotelem. Lupi, ursi leones & alia hujusmodi animalia, quæ nullam prorsus nobis utilitatem afferunt huc non pertinent.

*Leporaria
seu Lagotro-
phia,*